

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Elemosina au  
cum fonte primo

Manus pauperis est gazophilacium Christi,  
et quicquid pauper accipit, Christus acceptat.  
Da ergo, homo, pauperi terram ut accipias celum,  
da nummum ut accipias regnum, da micam ut accipias totum.  
Da pauperi ut det tibi quia quicquid pauperi dederis,  
tu habebis; quod pauperi non dederis, habebit alter.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

Manus pauperis est gazophilacium Christi,  
quia quicquid pauper accipit, Christus acceptat.  
Da ergo, homo, pauperi terram, ut accipias caelum;  
da nummum, ut accipias regnum; da micam, ut accipias totum.  
Da pauperi, ut des tibi, quia quicquid pauperi dederis,  
tu habebis; quod pauperi non dederis, habebit alter.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 8.4  
(CCSL 24, A. Olivar ed., p.61, ll.72-77).